

tuo et Spiritu Sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personae, sed in unius Trinitate substantiae. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione verae sempiternaeque Deitatis, et in personis proprietas et in essentia unitas, et in majestate adoretur aequalitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie una voce dicentes: Sanctus.

Communio

Amen, dico vobis, quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis, et fiet vobis. (Marc 11:24)

1. Exaudi, Deus, deprecationem meam, intende orationi meae.

2. A finibus terrae ad te clamavi, dum anxietur cor meum. In petram inaccessam mihi deduc me!

3. Quia factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici.

Postcommunio

Coeléstibus, Dómine, pasti delíciis: quaesumus; ut semper eadem, per quae veraciter vivimus, appetimus.

tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubimai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Iš tiesų sakau jums: ko tik meldamiesi prašote, tikėkite gausią, ir tikrai taip bus. (Mk 11:24)

1. O Dieve, išgirska mano šauksmą, klausykis mano maldos!

2. Iš žemės pakraščių šaukiuosi tavęs; mano širdžiai alpstant, tu užkeli mane ant nepasiekiamos uolos.

3. Juk tu esi mano apsauga, stiprus bokštas gintis nuo priešo.

POSTKOMUNIJA

Pamaitinti dangišku maistu, Viešpatie, meldžiame, kad visada trokštume tų dalykų, kurie mums teikia tikrą gyvenimą.



Proprium Missae

DOMINICA VI QUAE SUPERFLUIT

POST EPIPHANIAM

VI PAPILDOMAS SEKMADIENIS KAIP PO APSIREIŠKIMO



Introitus

Dicit Dóminus: Ego cógito cogitationes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis

Ps. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob. (Ier 29:11; 29:12; 29:14, Ps 84:2)

Collecta

Præsta, quaesumus, omnípotens Deus: ut, semper rationabilia medítantes, quæ tibi sunt plácita, et dictis exsequámur et factis.

Epistola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Thessalonicénses (1 Thess 1:2-10)

Fratres: Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis, memóriam vestri faciéntes in oratióibus nostris sine intermissióne, mémoires óperis fídei vestræ, et labóris, et caritátis, et sustinéntiæ spei Dómini nostri Iesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum: sciéntes, fratres, dilécti a Deo. electiónem vestram: quia Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermóne tantum, sed et in virtúte, et in Spíritu

INTROITAS

Viešpats sako: „aš mąstau ramybės, o ne skausmo mintis, šaukitės Manęs ir Aš jus išgirsiu ir sugrąžinsiu jūsų belaisvius iš visų vietų.

Ps. Viešpatie, palaiminta Tavo žemė; namo parvedi Jokūbo belaisvius. (Jer 29:11; 29:12; 29:14, Ps 84:2)

KOLEKTA

Visagali Dieve, meldžiame, kad visada protingai apmąstytume dalykus, kurie Tau malonūs, ir įvykdytume žodžiais ir veiksmais.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Tesalonikiečiams (1 Tes 1:2-10)

Broliai, visuomet dėkojame Dievui už jus visus, prisimindami jus savo maldose, nuolat minėdami mūsų Dievo ir Tėvo akivaizdoje jūsų tikėjimo darbus, meilės pastangas bei vilties ištvėringumą dėl mūsų Viešpaties Jėzaus Kristaus. Mes žinome, Dievo numylėtieji broliai, apie jūsų išrinkimą, nes mūsų Evangelija neatėjo pas jus vien tik žodžiais, bet su jėga ir Šventąja

Sancto, et in plenitúdine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos. Et vos imitatóres nostri facti estis, et Dómini, excipiéntes verbum in tribulatióne multa, cum gáudio Spíritus Sancti: ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia et in Acháia. A vobis enim diffamátus est sermo Dómini, non solum in Macedónia et in Acháia, sed et in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profécta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annúntiant, qualem intróitum habuérimus ad vos: et quómodo convérsi estis ad Deum a simulácris, servíre Deo vivo et vero, et exspectáre Fílium eius de coelis - quem suscitávit ex mórtuis - Iesum, qui erípuit nos ab ira ventúra.

Graduale

Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti. V. In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in saecula. Allelúia, allelúia (Ps 43:8-9)

Allelúia

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam. Allelúia. (Ps 129:1-2)

Dvasia, ir su tvirtu įsitikinimu. Juk žinote, kaip pas jus elgėmės jūsų pačių labui. Todėl jūs ne tik pasidarėte mūsų ir Viešpaties sekėjai, priėmę žodį didžiame suspaudime su Šventosios Dvasios džiaugsmu, bet ir tapote pavyzdžiu visiems Makedonijos bei Achajos tikintiesiems. Mat iš jūsų pasklidęs Viešpaties žodis pagarsėjo ne tik Makedonijoje bei Achajoje, bet jūsų tikėjimas Dievu pasidarė žinomas visur, ir mums jau nebereikia apie tai kalbėti. Žmonės pasakoja apie mus, kaip buvome jūsų priimti ir kaip jūs nuo stabų atsivertėte prie Dievo, trokšdami tarnauti gyvajam, tikrajam Dievui ir laukti iš dangaus jo Sūnaus, kurį jis prikėlė iš numirusių, – Jėzaus, mūsų gelbėtojo nuo ateinančios rūstybės.

GRADUALAS

Viešpatie, Tu išgelbėjai mus nuo priešų, sugėdinai tuos, kurie mūsų nekenčia.

V. Dievu mes nuolat didžiuojamės ir Tavo vardą be perstojo šloviname. Aleliuja, aleliuja. (Ps 43:8-9)

ALELIUJA

Iš gelmių šaukiuosi tavęs, Viešpatie! Viešpatie, išgirsk mano maldą! Aleliuja. (Ps 129:1-2)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthaëum (Matt 13:31-35)

In illo témpore: Dixit Iesus turbis parábolam hanc: Símile est regnum coelórum grano sinápis, quod accípiens homo seminávit in agro suo: quod mínimum quidem est ómnibus semínibus: cum autem créverit, maius est ómnibus oléribus, et fit arbor, ita ut vólucres coeli véniant et hábitent in ramis eius. Aliam parábolam locútus est eis: Símile est regnum coelórum ferménto, quod accéptum múlier abscondit in farínæ satis tribus, donec fermentátum est totum. Hæc ómnia locútus est Iesus in parábolis ad turbas: et sine parábolis non loquebátur eis: ut implerétur quod dictum erat per Prophétam dicéntem: Apériam in parábolis os meum, eructábo abscondita a constitutióne mundi.

Offertorium

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam: de profúndis clamávi ad te Dómine. (Ps 129:1-2)

Secreta

Hæc nos oblátio, Deus, mundet, quæsumus, et rénovet, gubérnet et prótegat.

Præfatio de ss. Trinitate

Vere dignum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 13:31-35)

Anuo metu Jėzus kalbėjo miniai palyginimais: „Su dangaus karalyste yra kaip su garstyčios grūdėliu, kurį žmogus ėmė ir pasėjo savo dirvoje. Nors jis mažiausias iš visų sėklų, bet užaugęs esti didesnis už daržoves ir pavirsta medeliu; net padangių sparnuočiai atskrenda ir susisuka lizdus jo šakose“. Jis pasakė ir dar kitą palyginimą: „Su dangaus karalyste yra kaip su raugu, kurį moteris ėmė įmaišė trijuose saikuose miltų, ir nuo jo viskas įrūgo“. Visa tai Jėzus kalbėjo minioms palyginimais, ir be palyginimų jis jiems nekalbėjo. Išsipildė, kas buvo per pranašą pasakyta: Aš atversiu savo burną palyginimais, išpasakosiu nuo pasaulio sukūrimo paslėptus dalykus.

OFERTORIUMAS

Iš gelmių šaukiuosi tavęs, Viešpatie! Viešpatie, išgirsk mano maldą! Iš gelmių šaukiuosi tavęs, Viešpatie! (Ps 129:1-2)

SEKRETA

Dieve, meldžiame, tegu ši auka mus nuplauna ir atnaujina, veda ir saugo.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu